

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

**Caput XIV**

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

præscribit. Stercus illarum tam calidum, ut à sole accensum, ædes, referente Galeno, exusserit. Idem eo cœlo calefaciente pharmaco utitur, & cum astutii semine tusum aridum pro sinapi in iis quæ phœnigino indigent adhibet. Anno 1550. capta est una in Germania, quatuor pedibus, duplice alvo. Ad Carolum & Electores allata, omnibus miraculo fuit.

## CAPUT XIV. DE CYGNO.

**C**ignorum magna multis in locis copia. In Moravia Scotia provincia est lacus Spina nomine, insignis olorum frequentia. Nascitur enim in eo herba quædam cuius semine avidissime vescuntur, atque ob id Olorum cognominata. Ea autem herbæ illius natura est, ut aquis injecta nunquam putrefat. Hinc factum est, ut licet in spaciū quinque prope millium lacus distendatur, hominumque adhuc memoria piscibus ac Salmonibus exundare consueverit, ubi ea enasci coepit, sensim accrescens, totum illud vadousum, nantibusque impeditum reddiderit, nec ullus deinceps piscis major in eo visus est. *Boetius in descript. Scotiae.* Interna Cygnorum constitutio mira est, dissecuit Aldrovandus. Intestina quatuordecim dodrantes & palam longa erant, multaque otiam pollicem crassò adipe, qui vicem omenti obit, intecta: quæ cum non multis anfractibus aut gyris intricata, sed simplicitate, media spira in se revolutione sint inflexa, alimenti fons non plane distributi aliud præterlabi sivissent: Cui malo volens mederi natura, cæca duo dodrantis spacio inter anum & ipsorum initium interjecto recto intestino appendit, quæ anfractuum intestinorum defectum compensarent. A teria aspera admittandæ est structura: Nam Oesophagum subiectum comitata, ad jugulum descendens, cum pervenit, non recta ut in cæteris animantibus, ad pulmones tendit, sed supra claviculas elevata, in costam ossis pectoris seu sterni.

RANDA  
mure volantibus datur  
ut Meribus regi  
literas quodcumque  
affra. ab animali Ovi  
cicis mutes, polli in  
polline. Gifas Cervi  
versus radicum de  
pedicularis concreta  
dum à rostro ad ap  
medie, latitudine ex  
vum ponit, fidus, p

T XIII.  
UMBRA.

ora, mas anno editat,  
sor in illo vietus, p  
xclusis pullis fallo  
ingerunt, tum usq  
modum cibum, n  
tum denique appen  
4. Diciles elemosias  
ca capiebat cibum. Lyc  
as portabant nomina  
ducana fadum. Vici  
usque alicant, viri  
sanguinem humpan  
no, per hora cintu  
lumbas illinunt, ha  
Quidam cratim hor  
pendunt. Albertus. Non  
no strangularis, feede  
44. Plin. l. 11. c. 17. in  
virus insicile, quod olo  
rat, ferbit. Ex arund  
barbarum visitante car  
on foli tempore perfidie  
2. Cardano etiam cur

sterni inseritur. Est autem hæc costa minime simplici osse composita, sed ex duobus lateralibus, & tertio superno, his pro operculo incumbente fabricata, vaginae sive theca figuram & usum præber. Ad hujus fiuem postquam pervenit arteria, inferne in se serpentis instar reflectitur, & s. literam exprimit, moxque sub priore jam dicta portione ipsi superposita hanc capsulam denuo egreditur, & clavicularis mediis consensib, harum jugo tanquam fulcro innititur, atque ita sustentata, denuo in morem tubæ revolvitur, thora cisque cavum subiens, antequam ad pulmones fertur, prius quasi laryngem alteram efformat, transversim secta, ossiculoque quantum ipsa lata est, longo, & quod tenui membrana obtenditur, hiulcam fistulam, seu syringam organorum Musicorum, quæ inferiorei sui parte simili fissura patula sunt, figura ac compositione repræsentans. Sub hæc larynge arteria in duos canales divaricatur; quorum singuli in medio ampliori capacitate protuberantes, recta in pulmones exiguos collis retro totos affixos, abeunt, distribuuntur. Mira hæc constitutio, & respirationi inservit & voci. Nam cum in stagnorum fundo, edulia pro victu querat, longissimo indiguit collo; ne longa mora suffocationis incurriter periculum tali arteria. Et certe dum per dimidiatum ferè horam collo & capite pronis, vado immergitur, ex ea arteria, quæ pectoris dictæ vaginae reclusa est, portione, spiritum haurit. Quantum ad canorum, ante mortem canere plurimi affirmant, negant plurimi. Oppianus diluculo canere ante solis exortum ait, in mari etiam littoribus; in senecta denique morti vicinum, sed remissius. Favonium, addit, tum ad canendum observant, ignavi cruribus & membrorum vitibus destinati. Videtur in hanc sententiam asperæ arteriæ facere efformatio.

## CAPUT

Cionis olim in P  
ne faciebat nu  
Transpadiada Italia a  
rene Plinio, Germ  
cima non solvuntu  
te, auctor libri de N  
dubium an omnes,  
bus reti in sic con  
tuo, simul tolta i  
vixerit in thermi  
anno 146; refer  
tur in certo cong  
nalla sui generis ti  
gulti non temere  
dit in anum indi  
nere usum. Gia  
est, Valedicebat  
spiti, silurabat  
vocali graniudi  
Alia abenisi ho  
Alia denique sua  
millum cum dep  
pedicat cibos. Hir  
Geser, Pizagano  
emplo, Is ent, u  
ex altis virtibus  
fille ab ea. At  
proposito perficit  
eum obsecrit. I  
ducio accepimus